



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

De Svccessionibvs ab intestato breuis quædam resolutio è iure Cæsareo,
& regio collecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Est tamen hic text. intelligendus in principali decisione. quando ecclesia cui legatum pro fabrica fit, indiget aedificijs, aut refectione parietum: secus enim si non indigeat huic subsidijs, aut aedificijs: nam tunc ex legato pro fabrica detrahitur quarta, ne fiat fraus ecclesie parociales, aut episcopo, cap. ex parte, in 3. de verbor. significat. Hostiens. Ioan. Andr. & Anchar. hic. quibus accedit Syluester verb. canonica. §. 9. colum. penultim. Tametsi contrarium probarentur Gofredus, Cardinalis, & Barba. hic colum. 3. per text. in cap. nobis, 12. quæst. 2. siquidem ecclesia non indigente legatum hoc est seruandum in futuram parietum ecclesie refectionem, quandoque necessariam. Qua ratione defendi posset Gofred. sententia, etiam si existimem priorem magis communem esse.

- 6 Secundo potest hæc decisio intelligi, vt procedat etiam quoad quartam portionem debitam parociali ecclesie, ex c. 2. de sepult. cuius superius mentionem fecimus, quod sentit in hoc c. Romanus Pontifex, & præmittit Abb. col. vlt. gloss. ordinaria, & ibi Dd. in d. c. Syluester. verbo, canonica. §. 9. colum. 2. Angel. eodem verb. §. 1. ver. tertius casus. Qua in re non recte Angelum reprobat Neapolitana decisio in nouis 23.
- 7 Tertio, hæc constitutio locum non obtinet in his, quæ legantur monachis prædicatoribus, aut mendicantibus, ab eo, qui apud eos elegit sepulturam. Nam ex his legatis deducenda est quarta parocialis, quamuis legata fiant expressis causis huius capituli, text. in clem. dudum, de sepult. §. verum. Abb. hic colum. fin. Alber. in l. seruo alieno. §. ineptas, num. 20. ff. de legat. 1. Nec mirum id est, cum monachis plura priuilegia concessa fuerint, quæ præiudicium inferunt ecclesijs parociales. Vnde ne omnino iura ecclesiarum parociales extinguantur, hoc fuit statutum. Scribit tamen Cardinalis in d. §. verum. moribus obtentum esse, vt ecclesie parociales, quarta portio à monachis soluatur, ex his tantum, quæ offeruntur eo tempore, quo funus, aut exequia defuncti celebrantur, quod est maximè notandum: & in ea quæstione potissimum est consuetudo ipsa consideranda, & omnino ad controuersias inter monachos, & presbyteros parociales legendus Alberi. in d. §. ineptas.
- 8 Quarto, adeo vera & iusta est huius canonis, constitutio, vt si testator iusserit mille aureos distribui per Titium eius executorem in pios vsus, vt is eos distribuerit in fabricam, ornamenta ecclesie, aut in aliam causam ex his nominatis, nihilominus nõ debetur quarta portio episcopo, nec parociali ecclesie: ab ipso enim testatore censetur facta hæc distributio. l. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. 1. vbi Dynus, Bartol. & Docto. ita intelligunt huius canonis decisionem. Abb. in cap. in causis de electio. colum. 3. idem consil. 110. colum. vltim. volum. 2. Corfe. in singul. verb. compromissarius. quorum opinionem fatetur Barb. hic colum. 4. communiter receptam esse.
- 9 Ex his constat, posse contingere ab vno & eodem legato deduci duas quartas portiones, nempe si id legatum relictum fuerit ecclesie, in qua testator elegit sepulturam, omnia parociali ecclesie: nam debetur ex eo quarta episcopo, cui ecclesia subdita est, item quarta parociali ecclesie, Abb. & Docto. hic communiter, & præ ceteris Barbat. num. 8. Prius tamen erit deducenda quarta portio parociali ecclesie debita, vt probat eleganter Abbas in cap. certificari, colum. vltim. de sepult. quicquid scripsit Bald. consil. vltim. lib. 4. num. 2.

DE SVCCSSIONIBVS AB INTESTATO. breuis quedam resolutio, à iure Cæsareo & Regio collecta.

S V M M A R I A.

- 1 Continuatio.
- 2 Filij intestati atq; sine liberis defuncto, succedunt pater & mater simul.
- 3 An fiat equalis diuisio bonorum filij intestati inter patrem & matrem?
- 4 Pater & mater aut præferuntur in successione filij intestati.
- 5 Patres succedunt liberis in stirpem non in capita.
- 6 Fratres intestato decedentis, an admittantur simul cum eius parentibus?
- 7 Statutum quod matrem excludit à successione filij intestati, existentibus fratribus, intelligitur de vtriusq; coniunctis, cum alijs enim admittitur.
- 8 Iure regio fratres non admittantur cum parentibus ad successione intestati.
- 9 Fratres qualiter succedant intestato, qui non relictis parentibus, mortem obiit?
- 10 Fratres Germano sine parentibus, an admittantur ad successione intestati, ceteris exclusis.

- 11 Fratrum filij quomodo cum patris succedant.
- 12 Filij fratrum an admittantur in stirpem, an in capita?
- 13 Fratres consanguinei præferuntur vterinis.
- 14 Patris qualiter nepotibus intestatis succedant.
- 15 Pars hereditatis paternæ, aut fraternalis repudiata ab vno ex successoribus, qualiter alijs adferat?
- 16 Filij fratris repudiatus non admittitur ad hereditatem patris defuncti.
- 17 Proximiores succedunt decedentibus intestato post parentes & fratres, usq; ad decimum gradum.
- 18 Fendi successio usque ad quem gradum deferatur proximioribus?
- 19 Illegitimi intestato decedentes, quos successores habere possint.

Post tractatum de testamentis non inutile erit explicare, quoniam modo mortuis absque testamento succedatur, cum hæc questio non tantum sit frequens, verum & ipsi Cæsarem & Regum legibus impedita, atque ideo propositis aliquot assertionibus eam conabimur pro viribus expeditare. Et quia in capit. Raynuius diximus de successione filiorum qui legitimi sunt, de iure verò successione illegitimis liberis competenti in Epitome de sponsalibus, parte 2. cap. 8. §. 4. hic agemus de iure successione legitime quæ parentibus, & agnatis cognatique defertur.

Prima conclusio: Filio decedenti absque testamento, qui nec matrem nec fratres relinquit succedit pater, l. 2. c. in authent. defuncto. C. ad Tertullia. que quidem assertio adeo iure probatur, vt nefas sit eam in controuersiam mittere. Quod si filius obierit mortem, matre & patre superstitibus, oportet rem alitius explicare.

Secunda conclusio: Quamuis iure Digestorum, & Codicis pater in successione filij intestati matri præferatur, l. 2. §. obicitur. ff. ad Orf. §. præferuntur. Insit. de Senatufcons. Tertullia. l. 2. C. ad Tertullian. hodie tamen ad successione filij intestati pater & mater admittuntur, text. in d. authent. defuncto. & in authent. de hered. ab intesta. venien. §. consequens. & in l. 4. tit. 13. part. 6. quod vindicat sibi locum, etiam si pater sit manumissor, id est, emancipator: nam nihilominus non præfertur matri. d. authent. defuncto. qua in re sciendum est, olim solenne fuisse patri filium emancipare contracta fiducia, & sic expressim seruato sibi iure successione: demum in emancipatione fuit à lege subintellecta hæc fiducia, nec oportebat eam successione patri seruari, cum à lege patri deferretur, d. l. 2. C. ad Tertullianum. d. §. obicitur. & §. vltimo. Insit. de legit. agnat. success. Secundo hæc ipsa principalis conclusio adhuc vera est, etiam si filio superstitibus pater & auus, ex eadem Nouella Iustiniani. & not. Angel. Salic. Corn. & Dd. communiter in d. l. 2. quicquid ibi gloss. dixerit. Tametsi iure veteri auus paternus admittetur exclusa matre ob euitandam perplexitatem, ex qua mater auum paternum excludebat: mater autem à patre defuncti, pater vero ab auo excludebatur, l. adquisitum. ff. ad Tertullianum. §. vltimo.

Est tamen circa hanc successione egregia questio, vtrum pater & mater ad successione filij intestati equaliter admittantur, an patri deferantur bona illa, quæ filius à patre, vel patris causa acquisierat: matri verò ea bona quæ à matre, vel causa matris habuerat? In quo video nõ admodum inter Doctores conuenire: siquidem Bartol. in authent. itaque. C. commun. de success. in ea est sententia, vt existimet ascendente per lineam paternam bona intestati acquirere, quæ defunctus habuit à patre, vel patris gratia: ascendente verò ex linea materna illa bona, quæ mortuus filius acquisiuit à matre, vel matris causa. adducit Bartol. ad hoc text. quem dicit Singul. esse in l. quod scitis. C. de bonis qua liber. quo in loco eandem opinionem iterum Bartol. probat. idem Bartol. in l. post dotem. vltima column. ff. soluto matrimonio. dicens singularem esse text. in dict. l. quod scitis. idem consil. 18. cui subscribere Imol. Rom. & Iaf. in dict. l. post dotem. colum. penultim. & vltimo Roman. consil. 40. Alexand. consil. 150. volum. 2. Abb. in consil. 75. volum. 1. Bald. Nouel. de dote. part. 12. quæst. 14. Ioan. Oldendorp. in Epitome success. ab intesta. quam admiscuit legum duodecim tabularum interpretationi. titul. 6. 13. conclus. allegans text. in §. 1. Insit. per quas person. nobis acquir. Angel. & Paulus in d. l. quod scitis. Marcus Perusinus inter consilia Bald. volum. 4. consil. 113. Guilielm. Benedic. in c. Raynuius. verbo, & uxorem. num. 536. Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 6. numer. 7. & alijs plures quod refert Andr. Tiraque. de retrad. legat. §. 14. num. 13. dicens hanc opinionem receptam esse apud Gallos: eandem asserunt communem esse Alexand. in d. consil. 150. & Anton. Rube. consil. 79. & probatur Regia l. 10. tit. 6. lib. 3. Fori.

In eniuero hæc ipsa frequentissima Bart. & aliorum sententia.

sententia minime probatur in d.l. quod scribitur. cum in illius le-
gis specie nepos non decesserit, vt falso Barto. opinatur,
gis specie nepos non decesserit, vt falso Barto. opinatur,
cum auo paterno & materno: sed relictis, & superstitibus
auo paterno, & ipso patre: atque inquit ille text. quæ sita ab
eo nepote ex eo, quod mater habuit per pactionem partem
aliqua donationis propter nuptias, patri acquiri quoad do-
minum, auo autem quoad vsum fructum. Sic sanè illam de-
cisionem interpretantur Cynus, Alberic. Salic. Raphael, &
Corn. in d.l. quod scribitur. §. in autem. Vnde fit, vt minime ex præ-
fata constitutione Cæsarea Bartol. opinio probetur. possit
tamen defendi plane præmissa opinio in lucris nuptialibus
ex l. 2. C. de bon. qua. libe. vt parentes sint promptiores ad dotem
& donationem propter nuptias constituendam. Bald. in
aut. defuncto. cuius opinioni plures accedunt, & expressim
Ioan. Lup. in l. 6. Tauri. num. 19. Alioquin Bartol. sententia & si
recepta frequentius sit, tamen falla est censenda. Imò pater,
& mater filio intestato equaliter succedunt. text. in d. au-
them. defuncto. vbi Bald. à Barto. discedit, & Salic. secutus Pe-
trum & Cynum in d. authent. itaque. C. communi. de success. Corn. in d.
autem. defuncto. & in d.l. quod scribitur. & idem Corn. consil. 265. volum. 1.
idem consil. 7. volum. 3. Benedic. à Benedic. l. inter consil. Cornei,
consil. 6. volum. 3. Nicol. de Vbal. de success. ab intest. 2. part. col. 3.
Cuma. consil. 122. & alij quos Tiraquell. congesit, d. §. 14. num. 13.
Quæ hanc esse communem opinionem asserit Bal. consil. 31. volu-
2. quæ probatur Regia l. 4. tit. 13. part. 6. & l. 6. Tauri. [§. l. 1. tit.
8. lib. 5. Recopil.] ex quo pater iure Regio seruandam esse in
praxi Bald. opinio, nisi in his locis, vbi Regia Fori l. ad-
huc sit vsu recepta: sicuti dicta lex sexta nominatim statuit.

Porro, quamuis Barto. opinio seruanda foret, minime
procederet, quando pater ad successionem filij intestati
simul admitteretur cum proprio filio, fratre defuncti: vt
in casu secundo d. authent. defuncto. Successio etenim tunc æqua-
liter competit, nulla constituta bonorum distinctio,
cum nulla fiat iniuria patri, qui simul cum proprio filio
ad successionem vocatur. Soci. consil. 89. col. 2. vol. 4. & no-
uissima Aym. Saullii. consil. 176.

¶ Tertia conclusio: In successione liberorum, qui inte-
stati decesserint, pater etiam constitutus sub aui potestate,
præferatur auo paterno, & mater auo item materno. text.
in d.l. quod scribitur. à quo id colligit Raphael & Corn. idem
probat text. in d. authent. defuncto. atque hæc est communis sententia,
quam & Regia lex probat. 4. tit. 13. part. 6.

¶ Quartâ assertio: In successione filij intestati pater præ-
feratur auo materno, & mater auo paterno. text. quem ita
intellexit Accursi ibi in d. authent. defuncto. & sequitur Dd. com-
muniter: sicut asserunt ibi Salic. & Corn. & Barbati. consil. 30.
volum. 4. colum. 1. eandem opinionem præmittit Alex. consil. 80.
volum. 1. & consil. 115. volum. 2. quam probat d. Regia. l. 4. Nec in
hac specie est admittenda distinctio Barto. imò mater præ-
feratur auo paterno, etiam in his bonis, quæ filio à patre
obuenere. Oldrad. consil. 110. Ioan. Lup. in cap. per vestras, in rept.
vnde donat. §. 2. ad fin.

¶ Quinta conclusio: In successione liberorum, si plures
parentes concurrant nempe in eodem gradu, sit distributio
in stirpes, non in capita. Nam si auus, & auiâ matris generis,
& auus paternus velint succedere nepoti intestato, cõ-
ceditur eis hæreditas eo modo, vt auus paternus tantum ex
ea consequatur, quantum auus, & auiâ materni generis.
text. ita communiter intellectus in d. authent. defuncto. & in aut. de hæ-
red. ab intest. veni. §. 1. & d. Regia l. 4. tit. 13. part. 6. Sed quia quæ-
dam ei, qui intestatus moritur, super sunt fratres vtrinque
coniuncti, vel vterini, & præterea parentes, oportet in hac
questione quid iure statutum sit explicare: nã id variè veteri-
bus legibus fuit decisum, vt explicat Alciat. lib. 4. dispun. c. 7.

¶ Sexta conclusio: Intestatus relinquens fratres, aut for-
res vtrinque coniunctos simul & patrem, matrem, & auiam
vel auiam habet legitimos successores simul fratres for-
res vtrinque coniunctos, & patrē, ita vt diuisio hæredi-
tatis fiat per capita, nō per stirpes, text. in d. authent. defuncto. Regia
lex. 4. tit. 13. part. 6. sed in hac cõclusionem plura sunt notanda.

Primum enim considerandum est, fratres etiam vtrinque
coniunctos non excludere auiam, nec auiam à fratris suc-
cessionem: imò ipsi admittuntur simul cum auo, vel auiâ per
capita diuisa hæreditate gloss. in d. authent. defuncto. & in Nouel-
la. vnde deducitur quam opinionem sequuntur in d. authent. de-
functo. Barto. Paul. Salicet. & Corneus post alios communiter
Nicol. de Vbal. de success. ab intest. 3. part. q. 2. & hanc esse cõ-
muni opinionem asserit Bald. in consil. 68. volum. 4. C.

rum Accursi in d. authent. defuncto. contrariam opinionem reu-
lit, quam probauit Iacob. à Bello viso. in authent. de hered. ab in-
test. venien. §. si vero. Regia l. 4. tit. 13. part. 6. quæ auos ad successio-
nem intestati nepotis admittit, quando descendens obiit nō
relictō patre nec matre, nec relictis fratribus vtrinque co-
niunctis: eandem sententiam sequitur Chassan. in consuetudi-
ne Burgund. rubr. 7. §. 6. col. 6. errat tamen is auctor, dum falso
alios citat ad hanc sententiam.

Hinc apparet falsum esse, quod respondet Chassan. consil.
5. dicens fratres etiam vtrinque coniunctos admit-
tendos esse ad successionem fratris intestati, simul cum ip-
sius fratris parentibus, si defint defuncto fratres vtrinque
coniuncti. quod probat ex eo, quod authent. defuncto. loquatur
eo casu, quo defunctus reliquit fratres vtrinque coniunctos,
non tamen ex hoc neget, eis deficientibus successionem
deferri fratribus cognatis tantum, vel agnatis, l. si quis. C.
ad Tertullian. authent. post fratres. C. de legi. hered. quæ quidem con-
stitutiones eam opinionem non probat: & idē aduersus re-
ceptam sententiam non licet Chassan. responsum defendere.

Secundum est animaduertendum, filios fratris vtrinque
coniuncti in stirpem succedere simul cum parentibus ip-
sius patris intestati. gl. communiter recepta in d. authent. defuncto.
text. in aut. vt fratrum filij. collat. 9. §. 1. idem notat Nicol. de Vbal.
de success. ab intest. 2. part. quest. 3.

¶ Tertio est notandum, filio intestato etsi succedant paren-
tes simul cum fratribus vtrinque coniunctis, non tamen
succedunt nepotes, pronepotēve horum fratrum: imò ex-
cluduntur hi nepotes, & vteriores ab ipsius intestati pa-
rentibus. gloss. communiter recepta in d. authent. post fratres. Patil.
Castren. in authent. post fratres in 2. C. de legi. hered. idem in d. au-
them. defuncto. Guliel. Benedic. in c. Raynuius. §. & uxorem. nu. 640.
Angel. Aret. in tract. de testam. verbo, nolens intestatus. colum. 4. &
Nicol. de Vbal. in d. tractat. de success. ab intest. part. 3. col. 3.

Quarto his est illud addendum, quod Barth. Soc. scripsit
consil. 25. volum. 3. colum. vlt. statutum, quod matrem intestati fi-
lij à fratribus excludi ab eius successione disposuerit, ita in-
telligendum esse, vt matri præferantur fratres vtrinque; con-
iuncti: alij verò simul cum ipsa admittantur: licet Mari. Soci.
consil. 1. vol. 1. voluerit, solum fratrem, etiam non coniun-
ctum vtrinque, exclusa matre admittendum esse.

Postremo constat iure Regio à successione intestato
decedentis omnino excludi fratres etiam vtrinque; coniu-
ctos, si sit superstes aliquis ex parentibus, vel ascendentibus
defuncti. Regia, & Taurina lex 7. [§. lib. 4. tit. 8. lib. 9. Recopil.].
quod & prius moribus receptum erat: sicuti probat libr. 1.
lib. 3. Fori. tit. 6.

¶ Septimâ conclusio: Intestato, qui decessit absque pa-
rentibus, fratres vtrinque coniuncti succedunt equaliter,
exclusis fratribus cognatis tantum, vel agnatis, authent. cessante,
Cod. de suis & leg. her. Reg. l. 5. tit. 13. part. 6.

¶ Octauâ conclusio: Intestato decedente, non relictis
ascendentibus, nec fratribus vtrinque; coniunctis, succedunt
fratres agnati tantum, vel cognati. text. in aut. post fratres. in 1.
C. de suis & legi. hered. d. Regia. §. Quo fit, vt extante statuto, quo
mater à patruo excluditur, ne filio succedat, ipse patruus
repellitur à fratre cõsanguineo tantum ratione cognationis,
aut agnationis, ita vt sit defuncto coniunctus ex altero la-
tere, sicuti respondet Hiero. Gratus consil. 19. & 20. vol. 1. hoc
intelligens quando defertur successio matre iam defuncta.
Oportet tamē ad perfectū huius rei cognitionem septimā,
& octauâ assertiones quibusdã additis apertiores efficere.

Primum quidem absque controuersia receptum est, si
filios fratris præmortui admittendos esse ad successionem
patris intestato defuncti, fratribus quibusdã relictis cum
superstitibus patris in eam partē, ad quam eorū pater ad-
mitteretur, & sic in stirpe. authent. cessante. Cod. de suis & legi. hered.
dit. Regia, leg. 5. quod expressim cautum est l. 8. Tauri. qua in re
miror cur eius interpres Ioan. Lup. dixerit ibid. approbari
opinionem Azonis, quam paulo post adducam: cum in ea
lege non tractetur Azonis sententia.

Secundo, maximã in hoc tractatu cõtingit dilectatio,
an filij fratrum admittantur ad successionem patris intestati,
nullo superstitute patruo in stirpe, aut in capita? Accursi. fre-
quentius asserit admittendos esse hos filios in stirpe: nō in
capita. ita ipse in d. authent. cessante. & in l. lege 12. tabellarū. C. de suis &
legi. hered. Bart. in l. post consanguineos. §. agnati. alij §. hæc hæreditas.
§. de iur. Cynus. Cor. & communiter Doct. in
agnati. success.
quasi

quam opinionem esse communem fatetur Nicol. de Vbal. de success. ab intestat. 3. part. colum. 4. Tiraq. lib. 1. de retrat. §. 11. in gl. 11. Alex. & ibi Carol. consil. 35. num. 4. lib. 4. cui ad stipulatur text. in quib. de hered. ab intestat. venient. §. si vero. quo in loco lex vocat cognatos post fratres filiosque fratrum, in capita ad successionem ipsam. Eandem sententiam dicti Doctores pluribus aliis rationibus, & auctoritatibus probare nituntur. Idem verò Accursius parum sibi constans in §. hoc etiam. Inst. de legitim. agnat. success. expressim asserit, filios fratrum aut sororum admitti ad patris successionem in capita, & non in stirpē, quæ sane opinio colligitur ex aut. de hered. ab intestat. venient. §. sed & ipsi. & §. si autem cum fratribus. vbi tunc in locum parentū ad successionem patris vocat lex filios per stirpē, quando cum aliquo ex patris superstitite admittuntur ad successionē patris defuncti, non alio casu. ecce ergo tex. qui hanc opinionem probat apertissimē, & tollit prioris sententiæ probationē. Atque ita huic posteriori opinioni subscribunt Azo in sum. C. de legit. here. Iacob. Butr. Salic. & Bald. in d. auth. cessante. Holtien. in summa. tit. de success. ab intestat. §. viso. Zasius lib. sing. respons. 1. c. 7. Fortu. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthum. col. 19. penes quos extat lata huius questionis disputatio. Et sane mihi vtriusque partis rationes consideranti potius placet Azon. opinio, quam auctoritas Theophili plurimū adiuuat in §. hoc etiam. inst. de leg. agnat. succ. qui in specie eam probat. Reg. item l. 3. tit. 13. part. 6. Quin & Zasius testatur eam Friburgi municipali constitutione sancitā esse, pluribusque Galliarum locis seruati, ac moribus receptam esse asserit Guili. Benedict. in c. Raymatius. de testam. ver. & vxorem, num. 663. & Rebuff. in proam. consil. Regiarum gloss. 5. num. 81. quo in loco optime distinguit proximū huius conclusionis ab ea, quam precedentem ver. ex Taurina constitutione probauimus, probauitque eandē Azo. sententiā lege sancitā inuictissimū Carolus Quintus Romanorū Imperator, primus Hispaniarū Rex in Comitibus totius Imperij Germaniæ habitis anno 1529 sicuti scribit Ferrarius in §. non in capita. Inst. de hered. qua ab intestat. a. deser. & Zas. de seu. part. 8. conclus. 5. cui opinio accesserit plures citati per And. Tiraq. in d. gloss. 11. Et nouissimē Franc. Balduin. in Nouell. 118.] & in Iustiniano. & Cuiac. lib. 2. Feudorum, tit. 11. quo in loco ad hanc opinionē adducit Gorthorum legem, quæ apud nos extat lib. 4. Fori iudicialis, tit. 2. cap. 8. eandem sententiā probat Constantinus Harmenopolus lib. 8. tit. 8.

[Extant & in fragmentis Iuriconsultorum Petri Pithoci diligentia excusis, haustus ex libris sententiarum, Pauli VII. hæc verba: Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes sed in capita hæreditas distribuitur, & tractat plane ex precedentibus Paulus, de eo casu, quo non existente patruo, ad hæreditatem patris defuncti filij fratrum vocantur.

Non me latet verba illa quæ ex Nouella 118. pro Azonis sententiā adduci solent, & nos adduximus in textu Græco Nouellarum, non extare. Salm eo literæ ordine vtrū sensum reddant, qui est ad Azonis probandam opinionem necessarius. Quod constat ex Codice Haloandri, & Maturini Montani adnotatione. Imò & non posse extare & ex eadē Nouella constare filios fratrum succedere patruo in stirpem, etiam vbi succedant sine patruo superstitite probare nititur ex §. si defunctus. & versic. quandoquidem. Francisc. Gratianus in Appendice ad conciliationes legum. Qua ratione questionem istam existimo disputatione dignam, & omnino obseruandum esse censeo Codicem Græcum Nouellarum ex Henrici Stephani editione, & cum latino conferendum, & de eius intellectu amplius deliberandum.

Representatio etenim quæ ex ea Nouella tantum fratru filius datur, in id concessa videtur, vt à proximiori gradu, nempe à patris, non excludantur. Ex hoc tamen non sequitur, eandem interpretationem non esse obseruandam, vbi huic privilegio locus non est. neque eo indigent successoris, quippe qui ex gradu æquali vocentur, nempe omnes fratrum iam defunctorum filij ad patris intestati, qui proximior erat stipiti, hæreditatem. Hæc quidem dixerim non ausus ab Azonis sententiā omnino discedere.]

13 Tertio est animaduertendum, in successione fratris intestati, fratres paterni tantum sanguinis superstitites admittendos esse ad bona, quæ defunctus acquisiuit à patre: fratres vero materni sanguinis admittendos esse ad ea, quæ defunctus à matre, vel matris causa habuerit: alia vero bona æqualiter inter fratres diuidenda. Id de emancipatis C. de lib. & red. vxorem. num. 66.

tres in 1. C. de legit. hered. alia in auth. itaque. C. commun. de success. vbi Corn. & idem in d. de emancipatis. & in d. auth. post fratres. & in consil. 266. dicit hanc opinionem communem esse: idem asserunt Anton. Rupe. consil. 76. Iaso in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. ad fin. & probatur Regia l. 6. tit. 13. part. 6. Licet Corne. in d. auth. itaque. post Raphaelem dixerit contrarium iure verius esse: hæc vero communis opinio est intelligenda in fratribus, eorumque filiis: non autem in fratrum nepotibus: hi enim æqualiter admittuntur. Petr. à Bellapertica in d. auth. itaque cui ceteri Doctores communiter assentiuntur. Verum extante municipali lege; quæ in successione fratris intestati preferat consanguineum fratrem vterino: tunc vterinus frater excluditur à fratris intestati successione, etiam respectu bonorū, quæ defunctus à matre vel matris consanguineis habuerit. Bartho. Soc. consil. 89. volum. 4. etū Paul. Castrenf. & Corne. in d. auth. itaque. contrarium notauerunt:

¶ Ceterū septima conclusio non procedit in patris respectu successione nepotis intestato decedentis: ad hæc etenim successione admittuntur patruo æquis portionibus, & ad bona, quæ defunctus habuit, & reliquit, filij patruo sint fratres consanguinei, siue vterini patris ipsius nepotis, qui modò intestato deceffit: ea ratione quod aut. de consang. & vterin. fratribus. quæ dictam conclusionē probat in §. hæc igitur lex. expressim statuit, illam constitutionem esse seruandā in illo casu, nempe cum agitur de successione fratris. Part. idem probat in l. post consanguineus. §. legitima. ff. de suis & legit. l. 1. cuius opinionem dicit esse veriorē, Corn. auth. post fratres. in 2. col. C. de legat. hered. & Rubi. consil. 102. dicens hanc opinionem communem esse: quod etiam fatetur Curt. Iun. consil. 46. colum. 2.

¶ Nona conclusio: Pars hæreditatis paterna, ab vno ex filiis repudiata, ceteris filiis debetur æqualiter, tam vterinque coniunctis, quam vel consanguineis, vel vterinis. agitur etenim de hereditate paterna, vel fraterna, & idè locus nō est dict. auth. cessante. Sic Barto. censet dicendum esse in l. Lucius. ff. de vult. pen. quest. vbi Iason. num. 31. dicit eius opinionem communem esse. idem Barto. in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. col. pen. ubi Ioan. Crot. eum sequitur dicens itidem eam opinionem communem sol. 12. col. 4. idem fatentur eam secuti Imol. in c. Raymatius. de testam. de materia reciproce substitutionis Alex. consil. 30. lib. 2. col. 2. Rip. in d. l. Lucius. colum. vlt. Aym. consil. 43. Cur. Iun. consil. 125. col. 1. eandem opin. sequuntur Dec. consil. 304. post. Alb. in rub. ff. de vulg. q. 16. Bal. q. 5. Ang. Salic. & Rom. in l. in testamento. C. de test. nul. Imol. Alex. & Aret. in d. l. Lucius.

¶ Decima conclusio: Hæreditas fraterna ab intestato delata fratri vrinque coniuncto superstiti, & filiis alterius fratris vtrinque etiam coniuncti, iam tamen mortui, sed repudiata à fratre, non defertur filiis repudiantis: imò solum competit filiis fratris iam defuncti, tanquam proximioribus: siquidem hi iure patris defuncti succedunt, & obtinent æqualem gradum simul cum patruo repudiante: at filij repudiantis non obtinent locum parentis, qui repudiavit, sed adhuc in remotiori gradu existentes non possunt proximioribus æquales esse. Corn. in auth. post fratres. in 1. C. de suis & legit. hered. Cui tamen ipse non accedo imò potius sequor Salic. ibi ea ratione, quod filij fratris premortui tunc admittuntur loco parentis ad patris intestati successionem quando simul ipsi, & patruo superstiti defertur hæreditas: quod si nullo ex patris superstitite, aut hæreditatem repudiante, ac subinde exclusio eo patruo, qui superstes sit, proprio iure filij fratris admittuntur, nō iure patris, & idè cū eis cōcurrunt filij patruo repudiantis, cū sint in pari gradu.

¶ Vndecima conclusio: Qui intestatus mortem obiecit, non relicti fratribus, nec eorum liberis, proximiorē consanguineum hæredem habebit sublato lexus, & cognationis, atque agnationis discrimine. text. in d. auth. post fratres. in 2. Regia l. 9. tit. 13. part. 6. Quæ quidem successio vique ad decimum gradum tendit, nec ulterius progreditur. gloss. in d. auth. de hered. ab intest. venient. §. si vero nec fratres. gloss. Bartol. & Dd. in d. auth. in successione. C. de suis & legit. liber. Ias. in l. vlt. col. 2. C. unde legit. Nam agnati vsque ad decimum gradum admittendi sunt. gl. cui omnes subscribunt in d. l. vlt. cognati verò nō debent distinguī ab agnatis, §. nulla. in d. auth. de hered. ab intestat. venient. igitur vt nulla constituat differentia inter cognationē & agnationē, admittuntur cognati, sicut & agnati vsque ad decimū gradū ex iure nouellarum, tamen iure codicis cognati solum ad septimum vique gradum forent admittendi, ff. communiter recepta. in d. l. vltim. probat. l. 1. §. hæc aut. unde cognati. Inst. de libe. & cognat. Verum legitima successio.

successione deficiente vxor admittitur ad successionem viri intestati, & e contrario vir ad successionem vxoris, l. i. c. vnde vir. & vxor. Regia l. 23. tit. 11. part. 4. alioqui hico deferuntur bona, l. i. §. diuus. ff. de iure fisci. l. 1. & 4. c. de bonis vacant. lib. 10.

18 Hic verò & istud est adnotandum, in Feudorum successionem locum esse septimo gradui, non vltiori, text. in cap. 1. §. hinc autem sciendum, qui feud. dare poss. cap. 1. de feud. success. nisi feudum sit constitutum nomine & titulo Regni, Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus. In his enim feudis etiam ad centesimum gradum successio progreditur. Bald. in cap. de feud. Marchi. §. capitanei. laf. post alios in d. l. vlt. 2. colum. C. vlt. de legit. Deci. consil. 85. Catellianus Cot. in vltimis memorabil. d. l. i. de agnati. quod est menti tenendum propter auctoritatem eorum, qui huic opinioni consenserunt. quos prater lafon. & Crot. sequitur Capoll. caute. 256. quamuis Bald. ipse assertus huius opinionis auctor, dubius sit in huius questionis decisione.

19 Duodecima conclusio: Filiis aut liberis illegitimis defunctis intestato, tunc parentes succedunt, quando ipsis parentibus intestatis, non existentibus legitimis liberis, nec alio, qui eis impedimento foret, filij illegitimi iure succederent: atque eo modo, quo successio parentis intestati, non existente prole legitima, nec alio impedimento, liberis illegitimis defertur, eadē parentibus successio liberorum copetit. text. in auth. quibus modis natu. eff. sui. §. de nepotibus. AZO. in summa. Cod. de legit. hered. in fin. Bart. in l. vltim. 2. colum. ff. de hū quibus vt indig. idem. in l. 1. in princip. ff. de honor. posses. contra tab. Bald. in auth. licet. C. de natur. liber. Nicol. de Vbal. de success.

ab intest. 2. part. princip. colum. 9. Angel. Aret. in tractat. de test. in verb. nolens intestatus, colum. 5. Alexand. consil. 139. volum. 1. & idem in consil. 150. volum. 2. & Ioan. Baptista in l. si qua illustris. C. de orfic. fol. 39. optim. text. in §. 1. Instit. de seruil. cognat. & hæc est frequentissima omnium interpretum sententia, ex qua plura possent deduci perpenis his, quæ notauimus in Epitome de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 4. & 5. quo in loco explicuimus, qua ratione filij illegitimi parentibus succedant: atque ex hoc aperitur intellectus ad gloss. in §. vlt. Inif. ad Terul.

¶ Decimatertia conclusio: Fratres, cæteri que ex linea transfusa cognati, vel agnati, intestatis fratribus, cognatis vel agnatis illegitimis eo pacto succedunt, quo ipsi illegitimi eisdem fratribus, cognatis, & agnatis, intestato decedentibus succederent, non existentibus alijs cognatis legitimis, saltem in pari gradu, vel illegitimis, & tamen proximioribus. Est enim hæc reciproca successio. text. in auth. quib. mod. natur. eff. sui. §. filium. Angel. Aret. dictis verbis, nolens intestatus decedere, colum. 9. & Nicol. de Vbal. de success. ab intesta. 3. part. colum. 3. & 4. Si quis igitur scire velit, qui sit legitimus successor ei, qui cū illegitimus sit, intestatus mortem obit, quærat diligenter eum, cui ipse intestato moriens, si viueret, succederet iure cognationis, ac modum etiam & formam successionis inquiret: quibus animaduertis, statim cognoscat legitimum intestati successorem. Ex quibus etiam apparet, an filio presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, intestato pater, mater, fratres, aut cognati succedant attenda præfata conclusionis regula, & vltis his, que in d. c. 8. §. 5. nos scripsimus.

FINIS.



K

AD

et quia iniuria
matrimonij, vnde si
in eo quoddam adulter
quomodo adum ir